



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Quid est Missa, id est, cur celebretur. tit. 103

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

TITVLVS CIII.

273

Tertiò, quādō post admissum peccatū timebant se
excidisse à cōmunione Christi, & amisisse gratiam, &
maximè per manifesta opera carnis, Gala. 5. tunc fre-
quentē communicabant, vt certiores fierent se ite-
rum esse in communione Christi & Ecclesiæ, &c.

Secundò, Apostolus 1. Corint. 11. corripit maximè
eos, qui frequenter communicant, sed indignè, vt for-
nicarius, aut sacerdos propter pecuniam, aut ex con-
suetudine & officio, sine omni deuotione & timore
Dei, ita quòd plures, si non timerent homines, in die
tres aut quatuor Missas propter pecuniam legerent,
&c. Et sic propter indignam tractationem sacramen-
tij, iam bella, infirmitates, & multa alia incomoda
fiant in mundo, & tandem in iudicio manifestū erit,
&c. Etiam punitur mundus iam, quia sacramento
vniuersitatis vntur ad dissidium, vt sc̄tæ. Cyprian. ser-
mone 5. de lapsis.

QVID EST MISSA, ID EST,
cur celebretur.

TITVLVS CIII.

MISSA est opus, in quo iuxta mā datum
Christi peragitur memoria passionis
suæ, & panis in suum corpus, & vinum
in sanguinem virtute & vi Christi ver-
borū transsubstantiantur & sumuntur.
Primum hoc Christus prēcepit faciendum, Luc. 22.
Hoc facite in meā commemorationem, id est, vt cir-
cō hoc pensetis causam, cur passus sum: Et hoc do-
cent verba sua, Matth. 26. scilicet corpus Christi tra-
ditum in mortem, & sanguinem fusum pro peccatis
nostris, que verba etiam includunt & compræhen-
dunt totam fidem, & totum Euangelium nostrum, i.
Cor. 15. Hoc est Euangeliū meum, quoniam Christus
S f 3 mortuus

274 SVMMA DOCTR. CHRIST.

mortuus est, &c. In Missa igitur seruatur, primò memoria illa passionis, quā Christus præcepit habili

Secundum patet, Nam sacerdos celebrat non tute propria, & humanis verbis, sed hic stat in persona Christi, & ore Christi dicit: Hoc est corpus meū. Hic est sanguis meus, &c. Et ipse Christus mutat genem in corpus, & vinum in sanguinem sicut etiam baptizat, Ioan. 1. Hic est qui baptizat &c. Quidam tem certò credamus, quod post prolata verba à fidote Christi loco, hic sit verus sanguis & verū corpus, ipse Christus testatur, qui est veritas summa Io. 14. & mentiri non potest. Qui ergò hīc dubitat, grāmē peccat, quia Deum mendacem facit, Ioan. 5. Nihil enim Christus sic operari vellet, & mutare panem corpus, non dixisset, Hoc facite. Si ergò vult ibi esse Christus post prolationem verborū in speciebus, si corpore sanguinē, ergò etiam cum sua Deitate illi est, eo quod nunquam potest diuidi à carne & sanguine: Sicut ergo unum promisit, ita & reliqua &c. Ideo mentiuntur lectae de sola carne & sanguine sine Deitate loquentes.

Tertium in Missa est, quod corpus & sanguis communicatur, iuxta illud Matt. 26. Accipite & comedite. Ideo omnis sacerdos celebrans accipit sacramentum, & etiam alij, si volunt & adsunt: Nulli enim magatur. Haec tria sunt essentialia Missæ: Memoria, consecratio, & sumptio,

Secundò, omnia alia in Missa, sunt aut obsecrantes, id est, precatio[n]es, vt introitus, & Kyrieleion. Secundò sunt orationes, id est, collectæ pro variis statibus & rebus, omni statu Ecclesiastico & ciuii viuis & defunctis. Tertiò, postulationes, quas perimus propter sanguinem passionis & mortem Christi, vt nostri misereatur, nostras orationes suscipiant sanctis in cælo & terra associet, & hoc in canonice Missæ, ybi nos sistimus ante faciem patris filium eius saluatorem

filiorē nostrū, petētes, vt ppter illū omniū nostrū
miseretur, vt eius sanguis omnibus nobis proſit &c.

Quartō, gratiarum actiones pro omnibus homini
bus, pro acceptis beneficijs. Et ſic in complendis poſt
ſumptionem Eucharistiæ. Et ſic accidentalia. Miffæ
definibuntur. 1. ad Timoth 2. vt teſtantur doctores,
& hanc formam obſeruat hodiè Ecclesia.

Tertiō, Essentialē igitur Miffæ ſunt verba C H R L
S T I, H O C E S T C O R P V S M E V M, H I C E S T
S A N G V I S M E V S. Matth. 26. Omnia igi-
turalia quæ circa missam fiunt, vt orationes, c̄remo-
nia, vefimenta, geſta, crucis ſignaculum, &cæt. non
ſunt Miffa, ſed ſunt ad maiestatem & ornatum ſacra-
menti ordinata, vt cum omni glorioſitate hoc offici-
um Miffæ celebreſtur. Hæc eft forma celebrañdi Miſ-
ſam Catholicā. Nūcuperent aduersarij teſtamentum,
etiam D O M I N I , menſam &cæt. non cura-
muſ.

Q U I S I N D I G N ē communicat.

TITVLVS CIIII.

TRIA notantur. Primò, Quis ſit qui in
dignè ſcilicet communicat: Secundò,
quod talis delinquit in corpus & ſanguine
Christi: Tertiò, qua poena pleantan-
tur tales.

Primo, Apostolus 1. Cor. 11. dicit: Probet ſeipſum
homo, &cæt. Indignè manducat, qui ſcienter in ali-
quo peccato manifesto contra legem Dei communi-
cat. Gala. 5. vt impoenitens, adulter, vſurarius, odio-
fus ſectarius, &cæt. Tales enim etiſi ſacramentum ac-
cipiunt, non tamen rem, id eft, virutem ſacramenti
accipiūt, ſicut ſi Iudaeus ſine fide baptizetur, aut de-
glutiat Eucharistiā, &cæt. Sic in peccatis cōmunicare
nihil r oderit, cum talibus nō vult māere Christus.

S l 4 Secundò